



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Quando, & quo proceßit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

gni. Zizania autem filij sunt nequam. 39. Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. Messis verò con-
 summatio seculi est. Messores autem Angeli sunt. 40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburantur,
 sic erit in consummatione seculi. 41. Mittere filius hominis Angelos suos, & colligent de regno huius omnia
 scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem. 42. Et mittet eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium.
 43. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. 44. Simile est regnum
 celorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & pro gaudio illius vadit & vendit
 universa quae habet & emit agrum illum. 45. Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori, quaren-
 ti bonas margaritas. 46. Inventa autem una pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quae habuit, & emi-
 tam. 47. Iterum simile est regnum celorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti. 48.
 quam cum impleta esset, educunt, elegerunt, & secus litus sedentes, & malos autem foras mise-
 rant. 49. Sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum. 50. &
 mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. 51. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei etiam.
 52. At illis: ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesa-
 ro suo nova & vetera. 53. Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas istas transiit inde. 54. Et veniens
 in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia haec, &
 virtutes? 55. Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus, & Ioseph,
 & Simon, & Iudas. 56. Et sorores eius, nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? 57. Et scanda-
 lizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. 58. Et
 non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

IN CAPVT DECIMVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.



Oncionum, quas Dominus ad populum habuit, Specimen Evangelista exhibet.
 More enim Syrorum apologos, parabolas, & apophthegmata usurpare solet.
 Septem hoc capite parabolas habet, & comparisonem unam Scribae cum patrefa-
 milias: denique quomodo Christus in patria sine honore fuerit, enarrat. Parabola
 sumuntur à seminante, Zizaniis, Grano Sinapis, Thesauro abscondito, negotiatore emen-
 te Margaritas, sagena. Finis est, ne auditores paucitate eorum qui fidem, pietatemque sincere
 colunt, offendantur, imo sciant intra ipsam Ecclesiam esse scandala, interim ipsi verbo Deo ob-
 temperent, Satanam lolià spargentem euitent, praestantiam Evangelicæ prædicationis, & po-
 nas eam contemnentium agnoscant. Insigne nobis veri doctoris exemplum sese esse demon-
 strat, ut qui tanto plebis acursum, plausuque non delectetur, sed fructum animorum, & conver-
 sionis expectet, nec more visitato Rhetorum, celebritatem, frequentiamque concionis æsti-
 met; sed agricolæ animo, verba profutura audientibus seminet; neque enim is qui seminat,
 latitudine ac spacio terrarum, sed bonitate & fecunditate delectatur: nec bonus ac prudens
 doctor multis, sed proficientibus auditoribus, quorum in magnâ multitudine crebro est pu-
 denda paucitas, laboris fructum æstimat. Nec raro enim accidere consuevit, ut concionum
 auditio improbis cooperetur ad exitium, dum audita non faciunt, aut doctrinam ipsam fasti-
 diunt.

A parabola seminantis lectio sumitur, ad oblationem Dominicæ sacerdotum, *καθ' ἡμέραν* de-
 cachane. De qua dominica non immerito dubitant multi, quæ fuerit, & an una, qua sacerdotes
 ordinabantur, à vers. 52. die amputationis Ioannis Baptiste.

VERSVS 1.

*In illo die exiens Iesus de domo, sede-
 bat secus mare.*

QVÆSTIO I.

Quando, & quo processit?

§. 1. Illo die, Beda interpretatur generatim pro illo
 tempore: quod quamvis idiotismo Hebræo, &
 Syro conveniat; nihil tamen vetat hic propriè accipi,
 pro illo die, quo mater, fratresque aduenerunt, quos fi-
 nitâ concione, quam domi habuit, allocutus dimisit:
 atque inde in publicum processit, ut plausibus audien-
 tæ concionis opportunitatem præberet. Cum verò
 propriè accipi Scriptura potest, ut dies pro die, alta in-
 terpretatio querenda non est. Quinimo non sine insi-
 gni boni pastoris commendatione Evangelistam di-

xisse iudico; illo die. Venerat mater, & fratres, officium
 & charitas filii exigere videbatur, ut intermissis pau-
 lis per docendi laboribus domesticorum affectibus in-
 feruisset, idque eo magis, quod fratres in eum non cre-
 derent, venissent etiam ut eum tenerent; dicebant enim
 quoniam in suorem versus est: Instruendi igitur illi primū
 videbantur; ne populum docenti, domesticorum per-
 fidia, & obsecrationes obsterent: quid enim de eo
 dicerent Pharisei, quem fratres furere alleuerant?
 Verum diuinum consilium aliud fuit ablegatis inter-
 pellatoribus, eadem die in publicum procedit, ut om-
 nia obstantia perumpat, ostendatque non cedenti
 aduersariis omnia prociua esse. Quin nos docuerit
 iam illud: seruum Dei summam temporis rationem
 ducere oportere; neque lucrandarum animarum occa-
 sio oscitanti præteruolent. Plinius, cum nepotem pe-
 dibus iter facientem vidisset; Poteras, inquit, has vias
 non perdere: ut refert ipse in vita Senioris iunior Plin-
 nius. Christus primum domi docet; dein de matrem
 cum

VERSUS 3.

Et locutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiit, qui seminat, seminare.

QUESTIO I.

Quid parabola?

§. 1. **P**arabola est oratio, quæ per rem similem nobis notam propositum conficit. Earum usus frequens erat Orientalibus, & præcipue cum res diuinæ explicantur. Ita Græci definiunt esse λόγον διόμοιον, καὶ γνωστὸν περὶ ἑκάστης τοῦ σκοπεύμενου σκοπεύεσθαι. Sermonem qui per similem & notam rem subiectam materiem ostendit.

Quid parabola?

§. 2. Finis parabolatum est, vel docere, vel animos mouere: Atque est quod aliud, parabolam habere vel τὸν ἐπὶ τῶν, vel τὸν ἀπὸ τῶν τῶν γινώσκων, vel vim efficaciamque; animorum mouendorum, vel sententiæ claræ elucidationem. Habent vero parabolæ quædam suas ἀποστολὰς, seu ἀνταποδοσεις, redditiones, seu applicationes, alæ solo simili constant, cum quidam sensus celatur & auditoribus inuestigandus relinquitur, vel quia facilis est ex ipsa rei natura Christus aliquando exponit, aliquando vero solius similitudinis propositione contentus est.

Finis parabolatum.

§. 3. Cur vero ad intelligentiam faciunt & morum animi parabolæ, rationes multæ sunt. Dum enim non nuda sententia, sed similitudine exornata profertur, magis animus eidem cogitationi insistit, ac retinetur, imaginationis adiutorio ad eandem perpendendam profectus, Vt si Enææ constantiam audiam, dicentemque Poetam:

Cur parabola sine effigies?

Mens immota manet.

Intellego quidem cum nec precibus, nec minis immutari. Si vero addat: eum stare, vt contra fluctus

Stat Marpesia cautes.

Iam ad idem cogitandum iterum mens repellitur; idque eo vehementius, quo est aptior similitudo, & cum delectatione menti imprimit, vt magis placeat, quod dictum est. Facit etiam, vt quodammodo oculis certi res videatur, non modo audiri: itaque se habent picturarum instar similitudines, quæ animis audientium insculpunt audita. Quantum vero memoria hisce rebus adiungetur, docet ipsa ars memoriæ veritatis nota, & ab Egregio viro Lamberto Schenkelio iterum in vltimam reducta: imaginum autem effigione, & ordinatione artis illius admiranda perficitur; mirumque est, cum res ipsa facile, ac celeriter effluant, eandem tamen per imagines facultati imaginatrici ac memoriæ ita illigari, vt interdum nolentibus sese ingerant, atque alia arte obliuionis abolendæ sint.

Parabola rem imaginationis imprimunt.

Hinc ars memorandi.

§. 4. Hæc vero ratio in rerum diuinarum & sublimium explicatione necessaria est, aut sanè magna commoda habet, ad rudium animos attentione detinendos, & illustrandos. Adeo vt Dionysius Areopagita de diuinis nominibus capit. i. dicat; Non posse nobis diuina mysteria, nisi per æigmata quædam similitudinesque innotescere. Cum enim naturalem mentis nostræ potestatem, ac vires exuperent, per similitudines vtamur; percipiuntur. Itaque omnes veteris memoriæ sapientes hoc docendi genus vt plurimū vsurpabant. Qua de re confules Clemente Alex. l. 5. Stromatum. Hebr. vocatur חִידוּשׁ Chidush, à חָדָשׁ Chud,

Parabola in rebus diuinis vtilis.

cum fratribus excipit, ac dimittit, ac tandem in litus matiore labore dicturus venit. Quid igitur Ecclesiasticis illis faciemus, qui cum amicis & cognatis dies solidos exigunt, dapes struunt, ad Dei cultum desisse tempus arbitrantur? Itaque eodem die similitudines illæ propositæ sunt. Si enim Christus cum fratribus tenere eum venientibus, & foriosum esse dictantibus, discessisset, continuo Pharisæi ad blasphemiam hoc traxissent; iam constare de mestico, certissimoque testimonio quis esset, iam agnatis commendatum. Vatem infantum esse, in Bezezebus eicere de monia. Tanto scandalo ne locus esset vltius, famam, & auctoritatem suam eodem die Dominus asseruit.

§. 2. Locus ad quem accessit, fuit litus maris, Tiberiadis, seu Genezaeth, nostri rvertitur; secus mare, καὶ τὸν ἁλὸς ἄκρον ἄδ' ἄδ' mare, seu iuxta mare. Syrus habet: גְּבֻלַּת יָם ghaliad iamma, super manum seu litus maris; nam Hebræum יָם pro spacio, locoue, ad rem, de qua agitur, accommodatè accipitur. Causa cur litus potius elegit, est quia locus auditorio erat idoneus, sensim ac molliter acclinis, vt è naui docens, facilius audiri, & conspici posset, dum remotior quisque altius staret. Omnis enim turba vers. 2. stabat in litore דְּלִי תֵּן אֶרֶץ סוּפֵר super litus. Non igitur ad solas cathedras, & templa alligatum est verbum Dei, omni in loco, omni in coetu, in agro, in naui, in litore, miscenda sunt pia colloquia, nec priuata sacerdotum conuersatio concione arguere debet. Quis enim fructus est, si publice men à Deo acceptum vnâ horâ, priuatim zizania totâ hebdomadæ spargas?

VERSUS 2.

Et congregatae sunt ad eum turbae multae, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore.

QUESTIO I.

Cur nauiculam ascendit?

§. 1. **C**ausam Euangeliista insinuat, cum ait: ita multas turbas concurrisse vt ascendens in nauiculam sederet. Ne itaque compressu nimio impediunt, & dicentem eliderent, nauem ingreditur, vt omnes in eum vultus velut in theatro obuersi respicerent, à tergo nemo esset. Studium porro turbæ G. æcūs textus indicat, συνέχων, significat enim studiose conuenisse, & à se ipsis coactas; quod exprimit Syrus, וְהָאֲנָשִׁים וְהַנְּשִׂאִים Veet hannahschu, & congregauerunt se: itaque tam sollicitè concurrentes docere statuit; & libero à turbis loco confedit. Sic Chrysost. Theophyl. Maldonat. Vincentius, alii. Nec aliud hic occurrit, nisi quod Syrus, qui supra dixit, Iesum sedisse super manum maris, hic turbam dicatur stetitisse, super litus סוּפֵר Sopher quod est litus, terminus, portus; etiam agnationem habet cum literis, & dictione idem verbum. Vtinam hodie ad audiendum vel in summa locorum commoditate venirent, memores in suis pastoribus hodie etiam Christum loqui.

Quamvis autem non omnes fides, charitasque, sed alior curiositas, nouitas, cupido miraculorum, nonnullos inuidia, studiumque cuncta carpenti attraxerit, Christus tamen omnibus diuinam doctrinam impertitur.
